Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31706
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



praua penitentia comutabis. uelis nolis quinquam barbam raseris. inter hircos numeraberis. Verum quid prodest luscum uocare luscum. & accusatoris docere inconstantiam. cum propositionum series deludenda sit. Oues & hedos a dextra & sinistra duos iustos & peccatores esse ordines non negam. arborem bonam fructus malos non facere. nec mala bonos. nullo dubium est. decem quoque uirgines sapientes & fatuas. in bonas malasque diuidum. In diluuio liberatos iustos. & peccatores aquis obrutos non ignoram. in sodoma & gomorra ereptum iustum. & impios igne consumptos. omnibus prospicuum est. decem quoque plagis percussum egiptum. & isrl fuisse sospitem nouimus. in mari rubro transisse iustos & pios. & pharaonem cum suo exercitu demersum. etiam in scolis paruuli cantant. sexcenta milia in deserto cecidisse. quia incredula fuerunt. & duos tantum terram repromissionis intrasse. scriptura docent. & reliquaque usque adoparios uinee in duos bonos & malos ordines descripsisti. Si quale est. ut quia inter bonos & malos diuisio est. tu asseras inter ipsos bonos & econtrario malos nulla esse distantia. nihilque differre utrum in pecore aliquis aries sit. an ouicula. utrum primam lanam habeat. an secdam. utrum scabidum pecus sit. an morbidum. an uegetum. atque subsultans. maxime cum ezechiel oues rationales & diuisitatem inter pecus & pecus siue prophetie auctoritate demonstret dicens. xviii.

Ecce ego iudicabo inter pecus & pecus & inter arietes & hircos. & inter pecus pingue & macilentum. propeo quod lateribus & humeris impingebatis. & cornibus uestris uentilabatis. omnia infirma pecora. donec dispergerem. Et ut securem quae ista sint pecora statim intulit. uos autem greges mei. greges pascue mee. homines estis. Idipsum quod erit paulus & ille penitens qui cum patris uxore dormierat. quia in ecclesia per penitentiam receptus est. & quia simul a dextris est. in eadem cum apostolo claritate fulgebit. Et quomodo in uno agello usque ad messem & consummationem mundi zizania parti frumentaque concrescunt. Qua consequentia pisces boni & mali in sagena xpi. & in reticulo euangelico continentur. Cur in typo ecclesie idem in arca noe. diuersa animalia. & per qualitate meritorum diuerse fuerint mansiones. Cur astitit regina a dextris domini in uestitu deaurato. circumdata uarietate. Cur ioseph in forma xpi uariam habuit tunicam. Cur apostolus loquitur adromanos. unicuique secundum quod dominus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus. omnia autem membra non eundem actum habent. ita multi unum sumus corpus in xpo. singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes secundum mensuram fidei differentes. Siue prophetiam. secundum rationem fidei. siue ministerium. in ministrando. siue qui docet. in doctrina. qui exhortatur. in exhortando. qui tribuit. in simplicitate. qui preest. in sollicitudine. & cetera. Et in alio loco. diuus iudicat plusquam diem. alius iudicat omnem diem. un